



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Quadragesimum tertium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

## A Caput Quadragesimum tertium.

*De Sacerdote à calculo liberato.*

SACERDOS quidam doctus & pius, calculi dolores ferens intolerabiles, votum fecit, si beatus ENGELBERTVS ipsum intra biduum curaret, se cum muneribus eius sepulchram visitaturum. Curatus est ante biduum spe sua celerius, & promissi munus accuratè confecit. Ecce voti efficaciam.

## Notatio ad Caput Quadragesimum tertium.

B<sup>i</sup> Manuscriptus Cæsarius Eckhardum & Eckhebertum Serchere.  
Sacerdotem de Serchere nominat, & dicit in itinere ad sepulchrum Martyris in domo vallis S. Petri miraculum sibi Cæsario retulisse.

## Caput Quadragesimum quartum.

*De Famulo in castro Hamerstein à Paralyti curato.*

C<sup>e</sup> HENRICVS Abbas Hëmmenrodensis ex Ioanne Burggrauio ab Hamerstein didicit, quod dicturus sum: Quidam ex familia eius, Paralytic<sup>o</sup>  
fit sanus. omnibus in castro illo notissimus, diu oppressus paralyti, vt audiuit miracula martyris ENGELBERTI, toto corde illum inuocans, votum suscepit. Ductus est Coloniam paralyticus, & inde ad castrum incolomis reuersus est.

## Notatio ad Caput Quadragesimum quartum.

D<sup>i</sup> §. Ioanne Burgrauio de Hamerstein.

A<sup>R</sup>x Hamerstein oppido eiusdem nominis Rhenoque Hamerstein.  
ex præacuta rupe impendet, suos olim proprios habuit Comites: nam in historia S. Heriberti vulgabo tempore S. Henrici Imperatoris vixisse Ottonem Comitem de Hamerstein, cuius vt incestuosi caput diris fuit deuotum, quique ob Vita S. Gothardi cap. 6.